



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 241. Iesus autem emissa voce magna expiravit. v. 37.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

rium offerre, quo Dominus vitam possit prorogare donec Elias le ad se accingat, & veniat ad liberandum eum qui se invocasset: quasi per hoc verbum inuocasset Dominus in cruce Eliam Prophetam in sui occursum & subsidium, ideo & clamat ad populum circumstantem ironice dicens: *nite & c.*

Impie crudelis & dire fuscifer siue Iudæus, siue gentilis miles fueris, tu irrisorum Domini vnus es ex nequissimis plus tibi non repono sed dico, Ignoscat tibi Dominus, si es in statu in quo misericordiæ es capax.

**C**onsole interrim, ô S. Mater Ecclesia, quod tuo Sponso Iesu Christo ceuenit, vt ioculariter res eius omnes deriderentur, id hodieq; tibi conringit. Console, conolare, assimularis Domino suo, eadem purpura, eadem corona, eadem alba veste indueris. ridentur sacra tua, sabbatha tua, cæremoniæ tuæ. noli tristari pro te, sed dole pro eis qui ista agunt in te, filij nequam. Erit merces patientiæ tuæ.

§. 241. *Iesus autem emissa voce magna expirauit. v. 37.*

Qua voce? Illane Eloi, Eloi: at ea quarta vox fuit, an igitur omnes voces eius *Sitio, & Consummatum est, & Pater in manus tuas commendo spiritum meum*, magnæ fuerunt voces? Ita credo. quia quarta fuit magna, dilerte, & magna voce emissa expirauit, certe igitur aliter Dominus, quam vulgo morientes expirauit, nam qui moriuntur adeo languide solent animam efflare, vt vix sit agnoscere, an expirarint, nec ne, Christus è contra expirando emisit vocem magnam, & vt alij Euangelistæ, cum clamore valido? & quid hoc significare videtur aliud quam quod ipse non necessitate aliqua, coactus, sed sponte animam ponat, quam si vellet in corpore retinere posset, quippe adhuc integris viribus & nullo lethali vulnere coactus, iuxta illud: *potestatem habeo ponendi animam & resumendi.*

**Q**uomodo tunc apparuerit Dominus tuus, cum expirauit, ô homo atente considera, fortiter & profunde imprime tibi hoc spectaculum, in quo author vitæ imo vita mortua fuit. Et cum hoc tibi alte impresseris, genua tua flecte, adora Deum tuum pro te humiliatum ad mortem, & tuam mortem.

§. 242. *Et velum templi scissum est in duo à summo vsque deorsum. v. 38.*

Vides, amice Lector, quare te hortatus sim ad alte infigendum cordi tuo imaginem Dominicæ mortis, nam ad magnam & gemebundam conditoris vocem in cruce morientis contremuerunt ingemueruntque creaturæ omnes, optantes & ipsæ pariter occumbere cum creatore suo, rati quam tæderet eas ultra tam rebellibus & ingratibus hominibus famulari, & paratæ